

rum filiarum sanctimonialium sko, pro luminaribus ecclesie sue, opus habeat ad presens, fidelium subsidijs adiuuari, Nos, ad tam pium opus, ipsos fideles, remissiuis indulgencijs, quasi illectiuis quibusdam premijs, inuitantes, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad hoc manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum necnon Laurencij et Eriki Martirum eius auctoritate confisi, Quadraginta dierum indulgencias, de iniunctis eis penitencijs, misericorditer in domino Relaxamus, Presentem autem nostram gratiam, tantum extendi et valere uolumus, in mendicatione quam de foca fecerit dicti monasterij bedallus, stokholmis. in presenti. Datum apud mansionem nostram Arnø. Anno Domini. M°. CCC°. Quarto. Decimo. kal. Julij.

Af Sigillet finnes ett fragment på den ur brefvet klippta remsam.

1431.

1304 d. 6 Juli.

Firuryd.

CARL RAGNILDSSONS Bytesbref på en fjerdedel af sina gods i Elghult och Myklahult, hvilka lemnas till Petrus Öjarsson mot tredjedelen af hans gods i Tänga, med förbindelse att vara hans Hemulsmän, i händelse af klander, samt så framt han ej skulle kunna skaffa andra gods i vederlag, återlemna hvad han emottagit.

J. G: 241. v.

Omnibus, ad quos præsens scriptum peruenit, KAROLUS RAGNILDSSON, salutem in omnium saluatore, Omnia quæ aguntur in tempore, et cum tempore sunt evanescent, solent testimonio et sigillis discretorum ad notitiam deduci posterorum, Idcirco tenore præsentis notum facio vniuersis, me cum Petro öarsson, dilecto cognato meo Cambium et commutationem, super quibusdam nostris prædijs, rite et legaliter fecisse, de nostrorum consensu et beneplacito vtrorumque, ita videlicet, quod de suprascripto Petro recepi tertiam partem prædiorum in Tanggum, cum omnibus sibi, infra sepes et extra adiacentijs, quæ in eodem loco possidebat, et quartam partem omnium quæ possedi in Elgiahult et Myklahult, infra sepes (et) extra, perpetue possidendam, sibi et suis hæredibus assignaui, tali tamen conditione interiecta, quod si prædicta bona, pro sepredicto Petro contigerint calumpniari, vel quocunque modo ab aliquo impediri, me sibi appropriatorem, qui vulgariter dicitur Hemulssman, obligo per præsentem. si autem dicta prædia propter aliquem casum futurum contingentem sibi appropriare non suffecero ut promissj auctoritate præsentis liberam habeat potestatem resumendi et habendi prædia sua quæ in loco prius possederat memorato. In cuius rei roborationem et firmitatem Discretorum Dominorum, Magni Karlssons, legiferi wärendensis, et Thorchilli Eringislassons sigilla, vna cum sigillo proprio po-

stulo annectenda. Datum firurydh, Anno Domini M. CCC. quarto, in octauas Apostolorum Petri et Pauli.

Enligt teckningen har Sigillet N:o 1 varit borta, N:o 2 och 3 varit fullständiga.

1432.

1304 d. 10 Juli.

Näs.

Ärkebiskopen NILS ALLESSONS Fullmägt för Gudmund Botvidsson på Bro pastorat.

B. 2: 119.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter, quod nos dilecto in christo filio, domino gudmundo botuidi de morestum filio, ecclesiam bro in ørboholm, cum omnibus suis iuribus, canonicè possidendam contulimus cum onere dicte ecclesie per nostros predecessores inposito, videlicet quod idem dominus gudmundus, tempore sue amministracionis, annuatim soluat fabrice ecclesie vpsaliensis, censum trium marcharum argenti puri in denariis, ad valorem, silicet estimacionis communis, cuius medietas solui debet vpsalie, in nundinis dictis disathing, et reliqua medietas, tempore synodi vpsalie, curamque animarum, et amministracionem temporalium bonorum, sibi commisimus in eadem; Quare dicte ecclesie parochianis, precipiendo mandamus quatenus eidem domino gudmundo, reuerenciam debitam, tamquam suo curato, inpendant, atque iura parochialia fideliter et deuote studeant exhibere In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud curiam nostram næs iuxta fløtasund, Anno domini M^o CCC^o quarto, sexto jdsus iulii.

Öfverskrift: Ordinacio quod curatus ecclesie bro soluat ecclesie vpsalensi id est sacriste censum trium marcharum argenti puri.

1433.

1304 d. 12 Juli.

Sigtuna.

Prosten i Medelpad ANDREAS's Gåfvobref på sin gård vid torget i Sigtuna till dervarande Predikarebrödrakloster, med tillkännagifvande, att all åbygganden är hans egendom, men en del af tomten tillhörer S:t Petri, och en del S:t Nicolai kyrkor.

A. 7. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, ANDREAS prepositus in mædhalpadha in helsingia, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, Quod religiosis viris fratribus predicatoribus sictunie in meorum remissionem peccatorum, confero Curiam meam sictunie iuxta forum sitam, de meo peculio pro duodecim Marchis denar. emptam, cuius curie omnes domus mee